Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



pugnat. deum time. ac si diceret. si eis times maiestatē non modo hec timere debes. sed ipsa te timebunt. qm̄ tota creatura sub illo est. quē iuberis timere. quia ipse dixit ⁊ facta sunt. ipse mandauit ⁊ creata sunt. Hinc ⁊ ꝓbitas suis ait discipulis. Ecce dedi vob potestatē calcandi supra serpentes ⁊ scorpiones. ⁊ supra oēm ꝓtutez inimici. ⁊ nihil vobis nocebit Sed vt timor nr̄ ad illū nos ducat finem. quē optamus. Duo timoris distinguuntur genera. Hāq; alter seruilis est. alter castus. Ille est vt nō patiaris penā. h ne amittas iusticiā q̄d em̄ magni est timere penam. h facit et nequissimus fur. h ⁊ crudelissimus latro. h adulteri. h proditores. h ⁊ impij homicide. Non est igit magnū timere penā. sed magnū est amare iusticiā. qui g̃ amat iusticiā. nihil timet. timet plane. nonne incidit in penā. sed ne amittat iusticiam. Ob eā rem Augustinus in libro suaq; omeliaq; inq̄t. Si timore gehenne nō facis malū. est in te q̄dez fides. qr̄ credis futuq; esse iudiciū. gaudeo fidei tue. sed adhuc timeo malicie tue qr̄ si timore gehenne nō facis malum. non amore iusticie facis bonum Aliud est timere penā. aliud est timere iusticiā. Amor castus in te esse debet. quo amore desideres videre. non celū ⁊ terrā non cāpos liq̄dos maris. non spectacula nugatoria. nō fulgores nitoresq; gēmarū sed desideres videre deū tuuz. ⁊ amare deum tuū. propter istam visionē fac bonuz ⁊ noli facere malū. sed ama videre deū tuum in hac pegrinatione. illum toto amore suspira ⁊ desidera. Ecce fac. q̄ te vult ꝓbare deus tuus. vt appareat. pro q̄b rebus diligas eū. vtq; pro seipo. an ꝓ reb terrenis. quas tibi prestitit ⁊ dicat tibi. fac q̄d vis. Imple cupiditatē tuam. extende nequitiā. dilata luxuriam. Quicq̄d libuerit licitū puta. Non te h punio. Non te h in gehennā mitto. faciē meam nunq̄ videbis. Si ad istā sniam expauisti. amasti Si ad hoc q̄d dictū est. faciem suā negabit tibi deus tuus. ⁊ tremuit cor tuū. ⁊ non videndo deū tuum magnaz penam putasti. gratis amasti. hoc ō dixi. qr̄ sunt homines ita negligentes. ⁊ tepidi. ⁊ infideles qr̄ dicunt. vtinam hic deus in hoc seculo omnia bona tribuat non ad me ptinet. q̄d in futuro de me fieri velit. O infelix aia. etiā si te deus nō dimittat in penā. tm̄ modo faciem suā te videre non ꝓmittat. nūquid nō melius fuerat. te nō fuisse natum. Cum ꝓo fieri nō possit. vt qui faciem eius nō meruerit videre. ignem eternū euadere possit. Quare sicamas pūtis seculi voluptatē. vt nō expauescas eterni ignis ardorem. Propterea ad amorem dei. ꝓpulso timore nos hortat̃ dicens. Si g̃ meus sermo inuenit ī vobis aliquā sintillā gratuiti amoris dei. ipsam nutrite. ad hanc augendā vos aduocate pce humilitatis. dolore pnie. dilectione iusticie. operibus bonis. gemitibus sinceris. ꝓuersatiōe dyaboli. amicitia fideli. hanc sintillam boni amoris de qua dns̄ dixit. Ignē veni mittere in terram. ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Flate in vob. nutrite i vob. ipsa cū creuit. ⁊ flāmā dignissimam fecerit omnū cupiditatū carnalium ligna consumet.

Textus tricesimusseptimus Augustinus

Quando ergo simul estis in ecclesia. vel vbicūq; femine sunt inuicem vestram pudicitiam custodite. deus enī qui habitat in vobis etiā isto modo custodiat vos ex vobis.

Cōmentū tricesimūseptimū Ambrosius

Immediate ante asseruit. oculum defigentes deo abominabiles eē. ideo ne huiusmodi super nos cadat abominatio. de custodienda pudicitia mandatum transigit dicens. Quando ergo simul estis in ecclesia. vel vbicūq; femine sunt inuicē vestram pudicitiā custodite. Custodienda ē vtiq; summo studio pudicitia. tū qm̄ humani generis hostes incredibili quadam sollicitudine eā nobis auferre nituntur. Unde in vitis patrum legitur. quendam heremi cultorem summūq; pudicitie sue custodem. annos xl. vt illam amitteret. a demonibus fuisse atrociter tēptatum. Sūt quidē vt scriptura testatur. velut locuste arboz flores deuastantes. At enim quid aliud est pudicitia nisi quidaz flos redolentissimus humane mentis. Unde ⁊ qui de sua virginitate sunt ab ecclesia probati. pro sue pudicitie nitore. ꝓ suē sanctitatis insignio

h